

Band VII., Nr. 2480, Seite 350-351

Bischof Berthold von Würzburg überträgt die Vogtei zu Steinheim, Sigebotsbuch und Lehrhof, Lehen vom Bistum Würzburg, welchem Graf Konrad von Vaihingen dafür seinen Ort Glattbach und seinen Hof Weihsingen zu Lehen aufgetragen hatte, an das Kloster Steinheim.

Würzburg, 1275. Januar 28.

Bertoldus¹ dei gratia Herbipolensis ecclesie episcopus. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod cum nobilis vir Cûnradus comes de Vaihingen bona subscripta, videlicet advocatiam in Stainhein, Sigebotesbüch, Lõhern domorum sub castro cum omnibus iuribus ac pertinentiis suis, quibus comes memoratus ab ecclesia nostra infeodatus fuerat, dilectis in Christo priorisse et conventui sanctimonialium in Stainhein ordinis Predicatorum Spirensis diocesis habito cum eisdem venditionis tractatu dudum, videlicet sede Herbipolense vacante, tradiderit nostri capituli de consensu, ita tamen quod ipse comes villam Glatbach² iuxta Vaihingen sitam et curiam Wihingen³, que bona ad ipsum comitem proprietatis titulo spectaba[n]t, ecclesie libere resignavit eaque a nobis et ecclesia nostra in recompensam predicte advocatie recepit iure feodi possidenda, nos ecclesie nostre utilitate sibi ex huiusmodi permutatione profutura diligentius pensata, dicti etiam comitis precibus nichilominus inclinati traditionem supradicte advocatie prefato conventui per eundem comitem factam ratam et gratam habentes ipsam advocatiam in ipsius conventus monasterium pleno libertatis iure transferimus et unius proprietatis titulo possidendam consensum nostri capituli super permutatione huiusmodi iam pridem adhibitum⁴ in hiis litteris confirmantes. In huius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum in Herbipoli, anno domini MCCLXXV., V. kalendas Februarii, anno pontificatus nostri primo.

Nach dem Kopialbuch A des Klosters Steinheim aus dem 15. Jahrhundert, fol. 131 a.

¹Berthold von Sternberg, vom Domkapitel erwählt im Jahr 1270, vom Papst bestätigt im Jahr 1274, zählt seine Pontifikatsjahre von 1274 Herbst an.

²Großglattbach oder Kleinglattbach.

³Neckarweihsingen oder Enzweihsingen.

⁴1271 November 16, vgl. Urkunde Nr. 2237 (WUB, Bd. VII, S. 159).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 237, S. 131a

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Würzburg

Ortsindex:

Enzweihingen Wohnplatz (1115)
 Enzweihingen, Vaihingen an der Enz, LB
 Großglattbach Wohnplatz (7062)
 Großglattbach, Mühlacker, PF
 Kleinglattbach Wohnplatz (1118)
 Kleinglattbach, Vaihingen an der Enz, LB
 Lehrhof Wohnplatz (1099)
 Lehrhof, Steinheim an der Murr, LB
 Neckarweihingen Wohnplatz (1026)
 Neckarweihingen, Ludwigsburg, LB
 Sigebotsbuch Wüstung (21731)
 Sigebotsbuch, Steinheim an der Murr, LB, W
 Steinheim an der Murr Wohnplatz (1102)
 Steinheim an der Murr, LB
 Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)
 Vaihingen an der Enz, LB
 Würzburg, WÜ